

49. Die 27. mensis Octobris proxima elapsi in hac parochiali Ecclesia celebratum est Officium Depositionis Nicolai Calla dicti Baldui, qui mortuus est Cenae die 29. Mensis Maji proxime preteriti aetatis 43. ibique sepultus. Testimonium emortuae exhibitum mihi fuit ex Parrocho dictae Cathedralis, et hoc officium Depositionis factum fuit per me Capellani Andream Parochum.

Die 9. mensis Decembris Anno 1817.

50. *Ritus.* D. Andreas Capellari

alterius Andreae posthumus filius, & viventis Joannae, adhuc primaevis scilicet maturitatem praeseferens non obscure quod futurus erat praenuntiabat. Sacra & prophana eruditione omnimode excultus, quacum demississimam humilitatem, raro exemplo, stricte sociatam semper coluit; ob singularem morum suavitatem ac integritatem omnibus, non minus Conterraneis, quam exteriis charus; Sacerdotalis Ordinis decus, pietatis, patientiae, ac virtutum omnium vivum exemplar; postquam in hac Parochia solerti prudentia ac zelo Parochiale munus laudatissime exercuerit quinquennali spatio nondum expleto, famis flagello, heu nimium dire! ubique grassante, ex quo factum est, ut vel necessaria ad vitae sustentationem sibi persare decerent, quin vero unquam conquestus sit; Supremo Pastoris monita, & exempla tanti fecit, ut Ejus charitatem infectis abacer posuerit. Mortiferi morbi acerbissimis cruciatibus patientissime toleratis, Sanctissimis Ecclesiae Sacramentis singulari devotione susceptis, Papali Benedictione donatus, aetatis suae anno 59. heri hora 5. antemeridiana extremum diem, quem ipsemet die 4. Junii proxime elapsi clare praenuntiavit in Testamento propria manu conscripto, latus aspexit.

Ejus

Ejus Sacrum Corpus, exequiali Religionis ritu peragente Nicolao Chiap Rini Parochi Furni Inferioris vices, sed nimis aegre, gerente, hodie tumultatum fuit ante Portam Majorem hujus Parochialis Ecclesiae inter questus & lacrymas totius Populi inspectantis, qui dum moerore vultus proprium exprimit irreparabile damnum, optimi Pastoris virtutem ac meritum eloquentissime commendat.

Inscriptiones, quibus Funera exornantur.

<u>Præ Foribus Templi.</u>	<u>Ad Lectum funebre.</u>
Sacrum hoc. ingredienti Templum	Sacerdotem. optimum
Ut. lacrymabili. funere. justa. solvatis	Andream. Capellarium
Andream. Capellarium	Quem
Parochi. Furnensi	Plebs. Furnensis
Bene. de. utraque. Republica. merito	Quinto. ab. hinc. anno
Et. ob. Religiosas. et. sociales. virtutes	Præ. gaudio. exiliens
Quibus. ubique. praefulsit	Inter. universorum. vota. et. plausus
Omnium. laude. et. amore. digno	Pastorem. desideratissimum. complexa. est
Aeternam. adprecamini. requiem.	Nunc
	Heu. nimium. intempestivo. fato. ereptum
	Inconsolabili. moerore. dolet.

Sepulchralis saxi inscriptio.

IXΘΥΣ.

Andreas. Capellarius
Furni. Superiori. Parochus
Hic. exanimati. corporis
Promissam. reformationem. expectat
Configuratam. Corpori. claritatis. Christi
QUEM. vivens. pro. viribus
Moribus. expressit.
V. Idus Decembris 1817.

Indyti Viri Nomen & meritum posteris mandare curat Nicolao Chiap
supremo hoc amicitiae munere.